

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2


Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

De libra

Libra vero agit in aerem elementum inferendo in illum caliditatem et humiditatem remotam a temperamento densans illum et inspissans et faciens ipsum comitum et nocibilem in diuisis speciebus et seminibus et herbis et frondibus arborum ipsarumque fructibus et faciens eum vaporosum vaporibus densis et nocibilibus et similia.




De aquario.




Aquarius similiter agit in aerem elementum inferendo in illum caliditatem et humiditatem distemperatam et nocibilem et impediendam faciens ipsum perimentem et destruentem in diuisa specierum: et ut multum illa nocumenta que animalia et semina et alia vegetabilia recipiunt ab aere: et illi casus et illa impressio sunt ex impressionibus quas fecit aquarius in aere et similia.

De signis aquaticis. et primo de cancro.

Cancer vero scorpio et pisces que sunt signa aqua etica agunt in aquam elementum sed diuersimode. scilicet quia cancer agit in aquam imprimendo in illam frigiditatem et humiditatem temperatam per quam fit motus nature ad dandum dulcedinem et nutrimentum quibus nutriunt et viuunt animalia et nutriunt cuncta vegetabilia et similia.



De scorpione.



Scorpio agit in aquam elementum inferendo in illam humiditatem et frigiditatem elongatam a temperamento per quam fit motus nature potius ad corruptionem quam ad nutrimentum seu conseruationem propter corruptionem et saluginitatem quam infert actus scorpionis in aquam paucissimum et paucis rebus valens nutrimentum prestare.

De piseibus

Pisces agit in aquam elementum inferendo in illam frigiditatem distemperatam et nocibilem per quam fit motus nature ad perimendum et destruendum animalia et semina et quasi cuncta vegetabilia propter corruptionem et amaricationem et seditatem quas infert actus piscis in aquam. Nec est causa quare signa sunt. scilicet tantum nec plura nec pauciora: quoniam elementa sunt tantum quatuor: et signa agunt in elementa secundum tres modos: secundum primum esse nutriens et augmentans: secundum

